



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De errore, qui euacuat consensum. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

In libro Pandectarum.

B

Consentire autem probatur, qui euidenter non Lib. 23. dicitur
 contradicit: secundum illud. In sponsalib. eorum gestorum,
 consensus exigendus est, quorum in nuptiis desi- tit. pri. de
 deratur. Intelligitur tamen patri filia consentire. sponsalibus
 nisi euidenter dissentiat. Item, Sponsalia, sicut nuptiae, lege 7.
 consensu sunt contrahentium. Et ideo sicut Eodem tit.
 in nuptiis, ita & in sponsalibus patris familias leg. 11.
 liam consentire oportet: quæ si patris voluntati
 non repugnat, consentire intelligitur.

DE ERRORE QVI EVACVAT CONSENSVM.

DISTINCT. XXX. A

NEe solum coactio impedit vel excludit con-
 sensum, sed etiam error. Non autem omnis
 error consensum impedit. Est enim error alius
 personæ, aliis fortunæ, aliis conditionis, aliis
 qualitatis. Error personæ, quando hic putatur
 esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando
 putatur esse diues, qui pauper est, vel è conuerso.
 Error conditionis, quando putatur esse liber, qui
 seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse Grat. hæc
 bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualita- minia habet
 tis, coniugii consensum non excludit: Error ve- 29. 21.
 ro conditionis coniugalem consensum evacuat,
 de qua conditione postmodum tractabimus. Er-
 ror quoque personæ consensum coniugalem non
 admittit: ut si quis fœminam nobilem in coniu-
 gium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei,
 non est inter eos coniugium, quia non consensit
 vir in istam, sed in aliam. Ut si quis promitteret
 mihi se venditum aurum, & pro auro offer-
 ret mulū aurichalcum, & ita me deciperet, nun-
 quid dicerer consensisse in aurichalcum? nun-
 quam volui emere aurichalcum: nec ergo in il-
 lud consensi: quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit consen-
 sum, ita & in coniugio error personæ. Sed obiici- Gen 29. d.

Hhh 4 tur

etur de Iacob, qui pro Rachel 7. annis seruierat, & supposita est ei Lya, nunquid error personae exclusit coiugium, cum non in eam, sed in Rachel consenserit? Sed quod ibi factum est, in mysterio gestum non improbè traditur. Ibi tamen et si non præcessit, sequut' est consensus: nec ex illo cōcubitu, qui cōsentum præcessit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognoverit, & illa uxorio affectu debitū persoluerit, putans lege primogenitarum, & paternis imperiis se illi iure copulatā. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiā excusaretur ille, cui in scio vxoris sorlectulum eius ingressa se subiiceret: quæ cum sine spe cōiugij perpetuò manere censeatur, ille tamē, qui cognovit eam per ignorantiam, excusatur, & per simile probatur. Si n. diabolus transfiguratus in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosis. Quod a. vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur. Si quis hereticus nomine August. vel Ambrosij, alicui Catholico se offerret, eumq; ad suæ fidei imitationē vocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hereticorum sectā, sed in integritate in fidei, quam ille hereticus se mentiebatur habere. Error vero fortunæ consensum nō excludit. Quæ n. nubit pauperi pugnans illum esse diuitē, non potest renuntiare priori conditioni, quamuis errauerit. Nec error qualitatis: vt si quis dueat uxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eā dimittere.

De coniugio Mariae & Ioseph.

Aug. lib. 13. contra Faustum Manichaeum, c. 9. in tom. 6. Præmissis aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam & Ioseph intercessit. Sanè credi potest, non solum Mariā, sed etiam Ioseph apud se disposuisse virginitatē seruare veile, nisi Deus aliter iuberet: eosq; sic consensisse in cōiugalē societatē, ut uterq; de altero, reuelat̄ Spiritus.

S. 12.